



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De viatore, qui de earum reliquijs miraculosè obtinuit, cap. 87.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

552 DE DIVERSIS VISIONIBVS
ra tota fuisse electa, in præsentia prædictæ sanctissimæ
nialis, sub fundamento muri, sacra illa duo corpora
sunt reperta, quæ illa, prius quam Abbatissa fieret, no-
bis transmisit, & celebrata est de eis eodem die missa
solemniter in conuentu. APOLLONIVS: Non putabā
hactenus, tam efficaces esse visiones nocturnas. CESA-
RIVS: Sæpe per ardentia luminaria corpora earum o-
stenduntur, nec tamen eadem luminaria, ut aiunt, quis
videre potest, nisi corpore sit virgo. Multa de huius
modi visionibus Conradus Prior loci sanctæ Mariae
dicere consueuit, quæ causa breuitatis omitto. APOL-
LONIVS: Placētne sacris illis virginibus, quod sic ea-
rum corpora per diuersas provincias diuiduntur? CESA-
RIVS: Ad hoc se ostendere dignantur, ut in multis
locis earum memoria habeatur.

CAPVT LXXXVII.

Homo quidam religiosus de ordine viatorum,
cū apud quandam matronam Tuitensem
hospitaretur, conquestus est illi, quod decem
annis laborasset pro reliquis Sæctarum vndecim mil-
lium virginum, nec aliquit tamen ex eis posset obti-
nere. Cuius ad hoc cū auxiliis implorasset, illa ho-
mini compassa, ecclesiam earum adiit, sororibus pro-
eo preces porrigit volens: cumque ad tumba vnus
virginis oraret, genu lapidi superposito, qui maximus
erat, apponens manum tentauit, quod tamen fieri pos-
se non sperauit: Mira pietas sacrarum martyrum, mor-
vt imbecillis femina lapidem pressit modicu, ille ces-
sit, adeò vt ea quæ intrus erant videret: quæ dum nul-
lum adesse consiperet, manu immissa, quantum vo-
luit, de ossibus tulit, dans ea viatori. Statimq; lapide,
qui vix à sex viris absque instrumentis moueri pote-
rat, eadem, qua prius facilitate, reuoluto, gratias san-
ctis agens virginibus, læta rediit ad sua. Sanctorum a-
nimæ, licet semper vultum contemplentur diuinum,
habent tamen respectum ad corpora sua, & cū vide-
rint nos deuotos circa illa, multū in hot delectantur.

Ca